

\*hellepontan

Consuetudo omnibus his nominibus argesten intelligit: & cæciani aliqui vocant\* hellepontanum, et eosdem alibi aliter. Item in Narbonensi prouincia clarissimus ventorum est circius, nec ulli violètia inferior, Ostiam plerumq; recta Ligustico mari perferens: idem nõ modo in reliquis partibus cæli ignotus, sed ne Viennam quidem eiusdè prouinciæ urbem attingens, paucis ante limitibus iugi modici occursum tãtus ille uetorũ coërcitus. Et austros in Aegyptũ penetrare negat Fabianus. Quo fit manifesta lex naturæ, uetis etiam & tempore & fine dicto. Ver ergo aperit nauigantibus maria: cuius in principio, fauonij hybernum molliunt cælum, sole aquarum xxv. obtinente parte. Is dies sextus est ante Februarias idus. Cõpetit ferme & hoc omnibus quos deinde ponam, per singulas intercalationes uno die anticipantibus, rursusq; lustro sequenti ordinem seruãtib. Fauonium quidam ad vii. Cal. Martij, chelidoniam vocant, ab hirundinis visu: nonnulli uero ornithian, uno & lxx. die post brumam, ab aduentu auium, flantem per dies ix. Fauonio cõtrarius est, quem subsolanũ appellauimus. Datus est autè huic exortus uergiliarũ in totidem partibus tauri, sex diebus ante Maias Idus, quod tempus austrinũ est, huic uento septentrione contrario. Adentissimo autè æstatis tempore exoritur canicula sidus, sole primam partem leonis ingrediente: qui dies xv. ante Augusti Calendas est. Huius exortum diebus octo ferme aquilones antecedunt, quos prodromos appellat. Post biduũ autem exortus, idem aquilones constantius perflant diebus quadraginta, quos etesias vocant. Molliri eis creditur solis uapor geminatus ardore sideris, nec ulli ventorum magis statim sunt. Post eos rursus austri frequẽtes usq; ad sidus Arcturi, quod exoritur xi. diebus ante equinoctium autumnii. Cum hoc corus incipit. Corus autumnat: huic est cõtrarius uulturinus. Post id æquinoctiũ diebus fere quatuor & xl. uergiliarum occasus hyemem inchoat: quod tẽpus in iiii. Idus Nouembris incidere consueuit: hoc est aquilonis hyberni, multũq; æstiuo illi dissimilis, cuius ex aduerso est africanus. Ante brumam autem vii. diebus, totidemq; postea, sternitur mare halcionũ fœtura: unde nomẽ hi dies traxere: reliquum tempus hyemat. Nec tamen sœuitia tẽpestatum\* cõcludit mare. Pirata primum coëgere mortis periculo in mortem ruere, et hyberna experiri maria: nunc idem auaritia cogit. Ventorum frigidissimi sunt quos à septentrione diximus spirare, & uicinus his corus. ij. & reliquos cõpescunt, & nubes abigunt. \* Humidi, africanus, & præcipue auster Italiae. narrat & in Põto cæciani in se trahere nubes. Sicci corus & uulturinus, præterquã desinentes. Niuales aquilo et septentrio. Grandines septentrio im portat & corus. Aestuosus auster. Tepidi uulturinus & fauonius. Idem subsolano sicciore: & in totum omnes à septentrione & occidẽte sicciore, quàm meridie & oriente. Saluberrimus autè omnium\* aquilo: noxius auster, & magis siccus: fortassis quia humidus

\*cludit

\* Humidi auster &amp; africanus, &amp; præcip.

\* aquilo, quia siccus &amp; frigidior: noxius auster, fortassis quia magis humidus. Minus

frigidior est. Minus esurire eo spirante creduntur animantes. Etesia noctu desinunt\* fere, et à tertia die horum oriuntur. In Hispania et Asia ab oriente flatus est eorum, in Põto ab aquilone, reliquis in partibus à meridie. Spirant autè & à bruma\* cum uocantur ornithia sed leniores & paucis diebus. Permutant et duo naturam cum situ. Auster Africae serenus, aquilo uulbilus. Omnes venti uicibus suis spirant maiore ex parte, aut ut contrarius desinenti incipiat. Cum proximi cadentibus surgunt, à læuo latere in dextrũ (ut sol) ambiunt. De ratione eorũ menstrua, quarta maxime luna decernit. Iisdem autem uentis in contrarium nauigatur, prolatis pedibus, ut noctu plerumq; aduersa uela concurrat. Austro maiores fluctus eduntur quàm aquilone: quoniam ille infernus ex imo maris spirat, hic summo. Ideoq; post austros noxius præcipue terræ motus. Noctu auster, interdum aquilo uehementior. Et ab ortu flantes diuturniores sunt ab occasu flatibus. Septentrio impari fere desinunt numero, q̄ obseruatio & in alijs multis rerũ naturæ partibus ualet. Mares itaq; existimantur impari numero. Sol & auget, et cõprimit flatus. Auget exorietes occidẽsq; cõprimit meridianus æstiuis tẽporibus. Itaq; medio diei aut noctis plerumq; sopiuntur, quia aut nimio frigore aut æstu soluiuntur. Et imbris ueti sopiuntur. Expectatur aut maxime, unde nubes discussæ adaperuere cælũ. Oĩum quidem (si libeat obseruare minimos ambitus) redire easdem uices quadriennio exacto Eudoxus putat, non uentorũ modo, uerũ et reliquarũ tẽpestatum magna ex parte. Et est principiu lustris eius semper intercalari anno canicula ortu. De generalibus uentis hæc.

De repentinis flatibus. CAP. XLVIII.

Nunc de repentinis flatibus q̄ exhalate terra (ut dictũ est) coortis, rursusq; \* deiecti, interim obducta nubium cute multiformes existunt. Vagi quippe et ruẽtes torrẽtiũ modo, ut aliquibus placere ostẽdimus, tonitrua et fulgura edunt. Maiore uero illati pondere incursumq; si late sicca ruperint nubẽ, pcellã gignunt, q̄ uocatur à Græcis ecnephias. Sin uero depresso sinu arctius rotati effregerint, sine igne, hoc est sine fulmine, uorticẽ faciunt, qui typho uocatur, id est, uibratus ecnephias. Defert hic secũ aliquid, abruptũ è nube gelida cõuoluẽs uersansq; et ruinã suã illo pōdere aggrauans, & locũ ex loco mutans rapida uertigine: præcipua nauigantiũ pestis, non antennas modo, uerũ ipsa nauigia cõtorta frãgens, tenui remedio acciti in aduenientẽ effusi, cui frigidissima est natura. Idẽ illis ipso repercussus, correpta secum in cælũ refert, sorbetq; in excelsum. Quod si maiore depresso nubis eruperit specus, sed minus lato quàm procella, nec sine fragore, turbine uocat, proxima quæq; prosternentẽ. Idem ardentior accensusq; dum furit, præter uocatur, amburens contacta pariter & proterens.

Alia prodigiosa gña tẽpestatũ. CAP. XLIX. Non fit aut aquilonius typhon, nec niualis\* aut niue iacete ecnephias. Quod si simul rupit nubem

\* flare

\* qui

\* deiecti in terrã obd.

\* aut niue iacete, hæc tria uerba non sunt in antiq. codice.